



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

De Præcepto dato Medicis circa Confessionem, & Communionem  
ægrotantium, parag. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

cile est. Nunquid, si meus p̄nitens post confessio peccata abeat ab extremo magnæ cūjpiam Ecclesie ad aliud extēnum, quantum scilicet à mēis oculis videri, etiam cōmodē posset, validē ego illum absolvam? Erit hāc præsentia moralis pro audienda cōfessione, imō etiam pro assistentia Missæ, quando Templum plenum est audientibus, quia omnes faciunt unum populum, ritē Missæ assistentem: at certē præsentia moralis non erit pro Absolutione, quā majorē propinquitatē requirit, nempe illam, quā est in Judice, non Reum, quomodo cunque, sed ex Clemente VIII, ut diximus, reum præsentem condemnante, vel absolvente. Ecquā tandem est hāc? Profectō illa, qua solent communī voce, etiam aliquanto altiore homines cū hominibus loqui. Hāc enim est præsentia moralis, propria hujus Sacramenti, instituti per modum judicii humani.

12. Secundū, examini, ac Sapientum iudicio submitto illud de Viginti passibus: si enim distantia ejusmodi judicetur à Sapientibus esse apta, ut, modo dicto, homines loquantur, apta judicetur, & hic, secus non item.

13. Ex iis, quā dicta sunt, potest solvi illa communis quæstio de eo Sacerdote, qui lethālē vulneratum in via veller absolvere à fenestra ob periculum, ne sine absolutione moriatur vulneratus. Dico n. validē, & licite posse, si parum fenestra distet, explicando hoc (parum distet) eo modo, quo jam jam dictum est, secus ex se non posset. Dico (ex se) nam hic, & similes casus illud proprium habent, ut si tibi appareat fenestra aliquanto aliorū, ita ut dubius sis de præsentia debita, tunc, quanta potes contentionē vocis, moribundum absolvias, sub conditione tamen (quā sanè conditio si mente retineatur, sufficit) ut in similibus dubiis, fieri posse, diximus

<sup>2 In Meth.</sup> <sup>a alibi,</sup> animo semper iterūm absolute  
<sup>Conf l 2.</sup> illam cum suis debitūs conditioni-  
<sup>¶.10.m.8.</sup> bus, sive per se, sive per ali-  
um conferen-  
ti.

## §. II.

## SECUNDA QUÆSTIO.

*De Precepto dato Medicis circa Confessionem  
Ægrotantium.*

1. **H**uc cōmodē reducitur illud Præceptum Ecclesiasticum, quo b Pius V. b Pius V. præcepit, ne Medicis incipiāt ægrotos cura <sup>sup. Gre-</sup>re, nisi eos moneant de facienda peccatorum gem.

confessione, neque eosdem ultra tertium diem visitent, nisi ipsis de confessione facta constet, per testimonium Confessoris, scriptis datum, additique, ut Medicis, antequam Doctoratus gradum assūmant, hoc præcepit, si observatuos jurent.

2. Profectō multa ex his temperavit & ipsa c Suarez consuetudo. Prīmō, ergo id intelligitur de *de Pæn. d. morbis periculosis*. Secundō, sufficiet testi- <sup>35. sc. 3. n.</sup> monium domesticorum, vel ipsis ægrotis, si <sup>5. Sanc. 3.</sup> <sup>Sum. c. 10.</sup> appearant sīde digni. Tertiō, satis erit, si Medicus admoneat ægrotum per alios. Quattuor, Scortia in si ægrotus est obstinatus in responda Confessio. Pon- fessione, non est deferendus à Medicis, si, ipso *tificie Ep.* se retrahente, grave periculum infirmus in- <sup>38. Theor.</sup> currat; sicuti, nec deseritur ægrotus Turca, <sup>215.</sup> qui obstinate respuit Baptismum, quia id cf- set contra charitatem. Pius autem jubet, æ- grum deferi, quando desertio timore refi- päsentant speratur infirmi. His autem dictis non obstat juramentum, datum à Medicis; illud enim intelligitur dari, secundum usum recepsum.

## C A P U T III.

De Potestate Ordinis, quoad absol-  
vendum.

1. **N**ostrum hic non est confirmare contra Hæreticos, solum Sacerdotem Ministrum esse legitimū Sa- cramenti Pœnitentiae; id enim est ab Eugē- nio d IV. & à Tridentino e manifētē defini- d Eug. 4. tum. Quare suspectus est de hæreti, qui sive in Decret. Clericus, sive Lateus, cūm non sit Sacerdos, Fides. Sacramentum Pœnitentiae administrat, & c Trid. Jeff. puniendus ab Inquisitoribus, & eisdem à Fi- 14.c.6. delibus denuntiandus erit.

2. Et